

26 inducit necessitatem, & privat potentiam; Nam cum text. dicit, nemo potest, parte omnibus, qui testantur, ademit facultatem, ne aliquid eorum possint, quæ in hoc text. vel generaliter, vel particulariter prohibentur, & posuit hanc doctrinam gloss. ordinaria, & singularis in cap. 1. verb. non potest. de reg. iur. in 6. Bart. in l. de his, nu. 4. ff. de transact. idem Bart. in l. fin. nu. 7. ff. de seriis, idem in l. Maurus, §. duobus, nu. 20 ff. de legat. 2. Hanc communem regulam, & ab omnib. communiter approbatam affirmat Ias. in l. Gallus, in princ. nu. 16. & 19. de lib. & posth. vbi optime infert ex hoc, & ibi etiam tenet gloss. & eam sequuntur infiniti auctores, quos in vnum congerit Tiraquell. in legibus commubilib. gloss. 2. nu. 1. quos omnes refert Covar. de pact. in 6. 2. part. relect. §. 4. nu. 1. 4.

146 Verum contra text. hunc in hac parte, & contra hanc communem opinionem, primo obstat videtur text. in l. obligari, in princ. ff. de aucto. tutor. vbi dicitur, obligari ex omni contractu pupillum sine tutoris auctoritate non posse, & tandem non dubium est, quin pupillus sine tutoris auctoritate contrahens naturaliter saltem obligetur, ut in l. in fin. ff. de nouat. vbi id gl. notauit, & tenet etiam Bart. n. 7. gl. in l. fin. verbo, non tenebitur ff. de iur. iur. & asserit communem opinionem esse Alexand. in l. si pupillus, nu. 2. ff. ad leg. Falco. Ias. in l. eius qui in provincia, §. quas vero ff. de iur. iur. in l. in iur. d. nu. 5. ff. de condit. indebit.

147 Hinc t. difficultati respondendum est iuxta celebrem illam doctrinam Bart. in l. cum lex, n. 6. ff. de fideiussor. dicentis, quod multum interest, an lex loquatur per verbum futuri temporis, verbi gratia, si dicat, non possit, quo casu verum videtur Notabile, quod ex nostro text. deduximus: An vero loquatur per verbum presentis temporis, & hoc casu lex non videtur resistere obligationi, sed potius illi non assistere. Quam Bart. distinctionem sequuti sunt Socin. in l. 1. col. 2. ff. de liber. & posth. Ias. in l. frater a fratre, in lectur. n. 44. ff. de condit. indebit. & dicit idem Ias. in l. pacta qua contra, n. 7. C. de pact. quod Bart. ibi nimium subtilizauit, tamen eius opinio sustineri non potest. Quare Roman. in l. stipulatio ista habere licere, §. alteri col. 3. ff. de verbor. obligat. existimat, regulam illam non esse semper veram, & ita reprobat gl. d. cap. 1. de reg. iur. in 6. & inquit Ias. in d. §. alteri, quod Bartol. in hoc recessit ab excellentia sua. Sed nec hæc Romani responsio tollit difficultatem: est enim contra regulam, quam sepius communem esse probaui.

148 Quare t. pro solutione huius difficultatis dicere oportet, quod d. l. obligari, loquatur respectu obligationis civilis, cuius respectu impossibile est, pupillum sine tutoris auctoritate contrahentem obligari, & sic per verbum illud, non potest, inducit impossibilitatem in iure. Text. vero in d. l. 1. ff. de nouat. agit de naturali obligatione, quam lex hoc casu, cum inefficax sit, parui pendit, neque illius naturam potens est impedire, cum præcesserit consensus vnde oriatur.

149 Verum t. supradictam communem opinionem, quæ habet: Pupillum sine tutoris auctoritate contrahentem, obligari quidem naturaliter, oportet sane intelligere præterquam si sit infans, vel si promittat ipsius tutori: tunc enim nec naturaliter obligabitur: ita tenet gloss. hoc modo intelligens text. ibi in l. pupillus mutua pecuniam, verb. ne quidem ff. de act. & obligat. & late gloss. magistra. in d. l. 1. ff. de nouat. gloss. fin. & 2. in l. pupillus ff. de reg. iur. & in l. fin. versio. non tenebitur, ff. de iur. iur. & sequuntur Bart. Paul. & Ias. in l. quod pupillus, ff. de condit. indebit. idem Bart. in d. l. 1. ff. de nouat. & in l. Marcellus, ff. de fideiussor. Dec. in d. l. pupillus ff. de reg. iur. & est communis resolutio secundum Ant. Gomez. de contract. cap. 4. nu. 1. & secundum Cora. in l. filium quem habentem, nu. 138.

C. famul. etc. qui tenet contra communem, imo quæ nullo casu pupillus sine tutoris auctoritate obligatur naturaliter, propter text. in d. l. pupillus ff. de act. & obligat. cuius verba sunt hæc: Pupillus mutua pecuniam accipiendo, ne quidem iure naturali obligatur. Nam quod text. ille intelligatur iuxta gl. ab & communem resolutionem, scilicet, ut loquatur in infante, vel quando pupillus promittit tutori suo, maxime dinatur, vnde reputat ipse ibi esse text. expressum contra omnia suprad. Quæ in re veritatem contra communem auertere videtur Folgos. in d. l. quod pupillus, ff. de condit. indebit. Sed quia supradicta omnia sunt communia, & ab eis non licet recedere in iudicando & consulendo, & ut iura iuribus concordentur, tenenda est ad illum text. supradicta communis resolutio & intellectus.

Vel secundo potest illi text. responderi, quod loquatur in mutuo tantum, quod adeo odiosum est in iure, ut in eo neg; naturaliter lex velit pupillum obligari sine tutoris auctoritate, itaq; extra mutui causam procedat communis opinio, quæ casum tantum lex illa excepit, & sic remanet regula in contrarium, quod pupillus obligetur naturaliter contrahens sine tutoris auctoritate.

Sed t. contra hæc solutionem, imo quod pupillus etiam ex causa mutui, sine tutoris auctoritate obligetur naturaliter, allego text. expressum, si bene ponderetur, in d. l. si vero si vero creditor, ff. de iur. iur. vbi pbatur, quod si pupillus, se mutua pecuniam accepisse non neget, sed hoc solum in sui defensionem alleget, quod tutoris auctoritas non interuenit, hoc casu ejus fideiussor tenebitur. Sed sic est, quod fideiussor accedere potest soli obligationi naturali, ut in l. fideiussor, §. 1. ff. de fideiussor. & si ipsa non sit, fideiussor non obligatur, quia non tenetur in plus, quam principalis, ut in l. Grece, §. illud, cum similit. ff. de fideiussor. Ergo cum in casu illius text. dicatur, fideiussorem pupilli teneri ex mutuo, consequens est, ex ipso obligari pupillum naturaliter sine tutoris auctoritate, quia de civili obligatione ille text. non potest intelligi, quia impossibile est minorem obligari posse sine tutoris auctoritate, ut iura vbi que proclamant.

Vera t. solutio videtur inter hæc iura, scilicet, d. l. si & d. l. pupillus. Quod in hac pupillus non habeat tutorem, ideo nec naturaliter obligatur: In illa vero habebat, verum sine ipsius auctoritate accepit mutua pecuniam, quo casu obligatur saltem naturaliter. Et quod pupillus habens tutorem, si contrahit sine ipsius auctoritate, obligetur naturaliter, per text. in d. l. si testatur communem opin. esse Ias. in l. interdum, n. 5. ff. de condit. indebit. vbi dicit, quod text. in d. l. si, non ponderetur per Dd. ibi. Sed adhuc hæc solutio vera quidem meo iudicio non est: Nam supradict. communis opinio, quæ habet: Quod pupillus contra hanc sine tutoris auctoritate, regulariter obligetur naturaliter, indistincte & generaliter loquitur, siue habeat tutorem, siue non: præterea, quia major ratio impediret obligationis naturalis esse videtur, quando pupillus habens tutorem accepit pecuniam mutua absq; ipsius auctoritate, quam quando eum non habens, eam accepit, argum. text. in d. l. si curator habens, C. de integ. restit. minor. sumpto argumento ibi de obligatione civili in adultis, ad obligationem naturalem in pupillo, in proposito, vnde maxima est hæc difficultas, nisi sequendo communia, intelligamus text. in d. l. pupillus, iuxta gl. ibi, & communem resolutionem supradictam, quod loquatur in infante, vel quando pupillus contrahit cum suo tutore, qui quidem intellectus diuinat profusus ad illum text. alius vero, quem supra assignaui, confunditur ex supradictis, vnde cogitandum relinquo in hac difficultate pro eius vera intelligentia, ut dato majori otio meliora consideremus & excogitemus: interim sufficiant communia.

Verum

152 Verum t. adhuc contra hoc secundum notabile huius text. iterum oppono d. text. in d. §. alteri, vbi postquam dixerat lex, alteri stipulari nemo potest, permittit tamen, quod poena hoc casu promitti possit: & tamen si lex ex virtute verbi negatiui iuncti cum hoc verbo, potest, induceret ibi actus ipsius omnimodam nullitatem, minime valeret promissio poenæ, l. non dubium, C. de legib. l. cum principalis, ff. de reg. iur. l. quod de bonis, §. frater cum heredem ff. ad l. Falco. gl. ordinaria communiter allegata & recepta in l. si patronus, vers. si patronus, verbo, Fabiana, ff. quid in fraud. par. Hinc difficultati respondet Bart. in l. ita stipulari, nu. 11. ff. de verb. oblig. dicens, quod quando stipulatio dicitur ab initio, ea solum ratione, quia non interest, tunc subiecta poena conualescit stipulatio, quoniam jam interesse cepit, & vbi est poena, non curamus de eo, quod interest, ut in l. si ff. de prator. stipul. Quare cum jam hic ratione poenæ cœperit interesse, stipulatio illa incipit conualescere, & oppositio non obstat, quoniam processit lex illa hoc casu, vltimus declarando.

153 Est in fauorem huius solutionis facit: Quia lex non resistit stipulationi alteri per alterum factæ, nec etiam assistit, prout tenet gl. in d. §. alteri, verbo, conueniat, & ibi gl. in d. l. cum principalis, & in d. l. non dubium, verbo, ob id, quarum gl. opinionem testatur communem Covar. & eius referens Mench. de success. creat. §. 30. n. 57. licet ipsi teneant contrarium.

154 Simile fecimus est, quod dici solet, quod etsi stipulatio alteri facta non teneat, valet tamen eo casu, quo ipsius stipulatis interesse cœperit promissionem seruari, argum. sunt text. in l. quamuis, §. si mulier ff. ad Vel. leian. l. Stich. §. aliquando, ff. de solut. text. cum gl. in l. si remunerandi, §. si tibi, in part. inierat, ff. mandat. & tenuit hanc sententiam Bart. in d. §. alteri, nu. 10. vbi Ias. n. 21. testatur hanc esse communem opinionem.

155 Quæ t. quidem omnia cessant de iure Canonico: Nam illo attento, stipulatio alteri per alterum facta valet & tenet, ex sententia gl. in c. quoties cordis oculus, verb. & per te, 1. quæst. 7. cuius opinionem communem esse testatur Angel. Aretin. in §. alteri, col. 1. in tit. de iur. iur. stipul. Ias. in l. huiusmodi, in princ. n. 25. ff. de legat. 1. Alciat. in c. cum contingat, nu. 221. de iur. iur. & Covar. de pact. in 6. 2. part. nu. 2. & refert in hoc duas communes opiniones contrarias Mench. vbi supra, d. §. 3. nu. 59. de quo, & de iure Regio dixi ipse late in repet. l. vnic. na. 33. & 35. C. quoniam non per part. &c. & ad ibi per me dicta me remitto.

156 Limitari t. tamen debet notabile hoc nostri textus non procedere, quando verbum, potest, iunctum cum negatione, ponitur ab eo, qui non habet potestatem rei, de qua agitur, prohibendæ, l. nemo paciscendo, ff. de pact. & de hoc notabili latissime est videndus Ias. in d. l. Gallus, in princ. nu. 6. & seqq. vbi plura infert ex eo, & pluribus modis limitat.

Tertium Notabile.

157 Tertio, colligitur ex litera nostri text. non licere cuiquam vti in suis dispositionibus clausula: Non obstante tali lege, &c. Hæc enim facultas solis Principibus conceditur: Nam cum ceteri omnes legibus sub sint, l. digna vox, C. de legib. cap. 1. de constit. merito, quod eis derogare non possunt, l. codicillis, §. fin. ff. de legat. 3. text. clarus in l. testandi, in fi. C. de testam. & ita per hæc iura hanc opinionem tenet, & concludit Angel. hic, cuius opinionem dicit communem plures allegans, & ponendo plures declarationes etiam communes Mench. de success. creat. §. 6. n. 2.

158 Imo vero neque prætorius prætorio, qui loco magistris militum est suffectus, l. 2. ff. de offic. præfect. prator. à cuius sententia non appellandi, sed tantum supplicandi jus conceditur, l. 1. C. de sentent. præfect. prator. à cui-

jusque sententia nemo alius, præter ipsum, potest in integrum restituere, l. præf. ff. de minorib. is adhuc vti non potest clausula, Non obstante, &c. text. in l. normam, alias formam, C. de offic. præfect. prator.

159 Quare etiam Legati, quos de latere Pontificio, nomine appellamus, non possunt causas committere, ut illæ præter legibus modum approbatum, & consuetudine munim decidantur, ita enim voluit gl. ordinaria & omnibus nota, in c. si gl. ante si de heret. in 6. est similis in clem. sepe, de verb. sign. in part. nam adamus, a. l. in c. indemnitate, verb. sine strepitu, de elect. in 6. Joan. de mol. hic col. 1. qui priorem gl. allegat, dicens tamen eam esse singularem, Alex. nu. 3. qui addit gl. in part. mandamus, Aret. n. 2. l. 6. Rip. 9. item Angel. in presenti, & ceteri Dd. & Hippol. sig. 102. incip. clausula summarie, Alex. in l. duobus, §. si. n. 6. ff. de vulg. & pupil. Felin. in c. pen. col. 3. de accus. Ias. in l. omnes populi, n. 12. ff. de iust. & iur. & hanc opinionem plures referens, & late agens in materia testatur communem Mench. de success. creat. §. 6. nu. 5. qui est etiam videndus in n. seqq.

160 Solus tamen Princeps hæc clausula vti potest, quod notauit Bald. in l. rescripta, nu. 7. C. de precib. Imperat. offeren. & tenet Angel. & Imol. in presenti, & Croc. nu. 8. & est communis opinio, secundum Alciat. in l. causas, vel lites, n. 2. C. de transact.

161 Sed test optimum dubium in proposito, si Princeps hæc clausula, Non obstantibus, &c. vti velit, an necesse habeat expresse derogare legi, quæ deroganda est, an vero satis sit, quod Princeps dicat, Non obstante aliqua lege. Et videtur sane, quod specialiter & nominatim Princeps debeat derogare legi, alias præsumitur vitium obreptionis, arg. text. in l. si quis, in princ. ff. de legat. 3. & hanc opin. videtur tenuisse gl. verb. accipiat, in d. l. causas, vel lites, C. de transact. per text. in d. l. si quis, idem quoque voluit gl. in l. 2. §. sed quia veremur, gl. remitti, ante si. C. de iuram. calum gl. etiam in auct. ex complexu, gl. si. C. de incest. nupt. gl. si in l. quo minus, ff. de summi. gl. in auct. hoc inter liberos, C. de testam. quam opinionem tenet Bart. in l. omnes populi, nu. 11. ff. de iust. & iur. vbi alios allegans, eam sequitur Ioan. Oros. n. 105.

162 Contrariam tamen opin. imo satis esse, si dixerit Princeps in rescripto, Non obstante lege aliqua, tenuit gl. in l. verb. rescripti, C. de natur. lib. & gl. in l. si non specialis, C. de testam. quæ opinio verior de iure videtur, & eam tenet Bart. in l. si col. si. C. si contra ius, vel util. publ. & hæc opinio communiter approbatur secundum esse Alb. in l. quoties, n. 2. C. de precib. Imp. offer. communem esse testatur Paul. de Cast. in d. l. causas vel lites, n. 2. hanc asserit communem Aret. in c. col. 6. de rescript. allegat plures Felin. in c. nonnulli, 1. & 2. col. de rescript. seq. etiam Cels. Hugo in tract. clausul. 25. vol. 5. tract. diuers. Dd. fol. 162. Vbi t. tenet, requiri, quod addatur, Non obstante aliqua lege, scilicet, in contrarium faciente, & hanc opinionem hoc modo intellectam testatur communem D. Ant. de Padil. in d. l. causas vel lites, nu. 6. dicens, quod hoc iure vtimur, & refert verba, quæ hodie ponuntur per Regem, quando vtitur hac clausula.

163 Limitanda tamen erit hæc communis sententia Dd. ut non procedat in dispositionibus iuratis: Nam ut illis derogetur virtute clausulæ, Non obstante, &c. necesse est, specialem mentionem fieri, alioquin minime censetur illis per verba generalia derogatum: ita tenet gl. ordinari. & sing. in c. cum non deceat, verb. effectus, de elect. in 6. quæ gl. loquitur in consuetudine vel statuto iuratis, quam esse sing. existimat Rom. notab. 7. & Alex. n. 25. in l. 1. in princ. ff. ad l. Falco. vbi testatur gl. illam comuniter approbatam, & eam sequuntur nonnulli vtriusq; iuris auctores, quos in vnum congerit Covar. in rub. extra de testam. 2. part. nu. 19. vers. 2. infertur, fol. 12. col. 1. hanc etiam opinionem tenet Rot. antiqu. decis. 633. in-

28
cip. nota quod si aliquod, las in l. si mibi et tibi, s. in legatis, n. 5. in l. ff. de legat. & Everard. in cent. legal. cap. 6. col. 2. versio hinc etiam est, ubi inquit, quod constitutum, vel Bulla Apostolica tollens pactum vel statutum, vel aliter tollere pactum vel statutum iuratum, vel aliam qua qualitate vallatum vel statutum iurato vel confirmato. Dominic. in c. 1. in princ. n. 9. de filiis presbyt. in 6. & Cagnol. in l. si quis maior, num. 176. C. de transact. Alciat. de verb. sign. l. 1. col. 5. n. 8. dicit communem Curt. conf. 98. n. 7. & sequitur Matth. de Afflic. dec. Neapol. 307. n. 19. & predicta gl. plurimos referens testatur communem additio. Bernard. Diaz. in reg. 90. ubi refert Ant. de Padilla dicentem, in Pinciano Prætorio fuisse iudicatum, & cum ea testatur esse communem & vulgarem regulam, plures referens & pluribus modis amplians & limitans Ant. Gabriel. lib. 2. commun. opin. conclus. 5. de iur. iur. pag. 117.

Et dicta gl. allegat Avend. lib. 2. c. 27. par. n. 11. col. 3. fol. 234. ad hoc, quod in dubio non videtur Rex cassare aut differre obligationes iuratas. Et tibi ex hoc inferat ad vnu notabile, quod potest contingere in Archiepiscopatu Toleti, ut voleres locare reditus Ecclesiæ, iura vel redditus Archiepiscopatus illius possint tuto accedere & ambulare intra certum tempus, quod durante non possint capi ob debita, quod solet vulgo appellari mandamentos de rentas; Nam huiusmodi privilegium, inquit ille, non extenditur ad debita iurata, & allegat Guiliel. de Bened. idem tenentem, loquentem in literis de saluo conductu. Idem etiam tenet Matth. Afflic. dec. Neap. ubi l. 5. per tot. qui n. 2. & 1. allegat d. gl. & sequitur eam plures referens, & ubi eius addit & idem Matth. de Afflic. dec. Neap. n. 3. & 1. & de saluo conductu in proposito videndus est late Felin. in cap. constitutus, n. 4. & 8. de rescript. & gl. in d. c. cum non deceat, sequitur etiam Vital. de Camban. in tract. claus. in claus. non obstantibus quibuscumque, in princ. fol. 19. col. 1. & ubi intelligit & an piam prædictam gl. etiam si dicatur, non obstantibus quibuscumque, statutis privilegiis, vel consuetudinibus Ecclesiæ contrariis, confirmacione Apostolica, & quæcumque alia firmitate roboratis, cum decreto & aliis, Nam per huiusmodi clausulam non tollitur constitutio iurata.

167
Ex quo subinfert ibi ipse, quod per generales non obstantias appositas in collatione beneficii, quod est de iure patronatus laicorum facta alicui, nunquam intelligitur derogatum ordinationibus factis per laicos fundatores in fundacione beneficii, quæ ordinationes sunt per sedem Apostolicam, vel per Episcoporum confirmata, ne laici fundacionem Ecclesiarum retrahant. Quæ quidem illatio vera meo iudicio est & probatur per gl. in d. cap. cum non deceat, communiter approbatam, quam etiam gl. sequitur Cels. Hug. ubi sup. n. 21. & iterum n. 43. sequitur etiam Staphil. in tract. de grat. & expectat. 4. par. prim. in vers. post predictas, n. 8. ubi alios allegat & appellat d. gl. ordin. & ubi n. 2. sequitur illationem supradictam Vital. licet eam non referat, & est in 14. vol. tract. divers. Dd. fol. 30. & quod in dubio Papa non videatur derogare iuri patronatus laicorum, quâvis in verbis narratis dicat, beneficii esse de iure patron. sed quod requiratur expressa derogatio in corpore gratiæ, & quod procedit hoc, etiam si talia beneficia vacent in curia, latissime de iure probat cum aliis, quos refert Palat. Rub. de benef. vacant. in curia. 5. n. 1. & sequitur idem Bernar. Diaz. reg. 400. & ubi eius addit. & supradict. tenet alios allegas Rol. à Val. conf. 46. in princ. n. 9. ad n. 24. & 25. vol. 1. ubi limitat in iure patronatus laicorum ex præscriptione, consuetudine vel privilegio; quia beneficia iuris patronatus prædicti potest etiam Legatus de latere providere & conferre secunda communem; itaque super-

Dn Ioannis Gutierrez,

riora intelliguntur de iure patronatus laicorum ex fundacione, dotatione vel constitucione.

Quæ communis opinio gl. in d. cap. cum non deceat, 291 ampliat, ut procedat etiam in clausula, non obstantibus capitulis, vel pactis quibuscumque; Nam non extenditur clausula hæc ad pacta vel capitula iurata, ut pbat gl. in clem. dudum, verb. pacta, de sepul. quam sequitur alios allegans las. in l. si n. 5. C. si contra ius vel util. publ. & Felin. in d. c. constitutus, n. 3. & 4. & Vital. de Camban. ubi sup. n. 1. Cels. Hug. ubi supra, n. 23. & Staph. ubi supra, n. 8.

Procedit tertiam prædictam communis limitatio, siue iuramentum interueniat statim in ipso statuto, ut quia iuratur simpliciter statutum, siue fiat iuramentum de seruando statuto separatim ab ipso statuto, ut tradit Dominic. de S. Gemin. in d. c. cum non deceat, n. 6. ad fin. vers. ex præmissis, licet aliqui teneant dictam gl. procedere tantum, quoties iuramentum ponitur separatim ab ipso statuto, secus vero esse, quando simpliciter est iuratum in continenti. Sed ego non video bonâ differentiæ ratione, quæ iure probari possit, unde teneo opinionem dictæ gl. indistincte, iuxta opinionem & resolutionem supradictam Dominici. Præcipue quod nec in authent. sacramenta puberum, C. si advers. vend. nec in tota eius materia, nec in c. quævis pactum, de pact. in 6. nec in aliis vtriusque locis & capitibus, ubi de valore & robore iuramenti tractatur. Ego non inuenio hanc differentiâ, quam aliqui in nostro proposito volebant constituere, imo vtroque casu eadem vis iuramento attribuitur.

Primo, hæc superior communis opinio dictæ gl. 170 limitatur, quando statuta iurata tolluntur per viâ legis siue iuris, quia tunc sufficit clausula, non obstantibus, etiam si de iuramento non fiat mentio, ut videtur probari in c. 1. de constit. in 6. ubi ad tollenda statuta requiritur, quod de illis fiat mentio in iure, & non exigit mentionem modorum, per quos statuta validantur: & ita hanc opinionem tenet Dominic. in d. c. cum non deceat, ad fin. 6. & sequitur las. in d. l. si n. 5. & Felin. in d. c. constitutus, n. 5. ubi limitat, quâdo iuramentum fuit appositum separatim, quia tunc requiritur expressa mentio etiam in iure, secundum eum, qui allegat Dominic. dicentem omnes ita tenere.

Secundo, limitatur prædicta communis opinio, ut procedat, quâdo Papa scribit ad petitionem alterius in literis Apostolicis, secus si scribat motu proprio, cum clausula non obstante, & c. Ratio differentiæ est, quia primo casu habetur respectus ad impetrantem, & ipsius ambitionem, & ad finem, ad quæ ponitur clausula, non obstante, eam restringendo, non ampliando, ut in c. si motu proprio, & c. seq. de preben. in 6. sed in secundo casu non habetur respectus ad prædicta, sed ad scribentem seu conferentem, qui non arctatur legibus, ideo sufficit qualitercunque sciatur eius intentio, quæ satis patet, quando motu proprio scribit per generalem clausulam, non obstante. Hæc est doctrina Dominici in c. 1. n. 10. de sil. presb. in 6. sequitur Rebuff. in concord. pragmat. san. in tit. de form. mand. Apost. in gl. motu proprio, in 23. effect. fol. 579. in parvis: licet Dominici, ubi supra non loquatur in nostro proposito. Et tibi supradicta intelligit, quod tunc prædicta clausula tollat inhabilitates impetrantis, quæ surgunt ex statuto Ecclesiæ, non autem illas, quæ à iure communi surgent. Sed ad nostrum propositum pro limitatione dictæ communis opinionis allegat illam doctrinam Dominici. las. in d. l. si n. 5. C. si contra ius vel util. publ. quæ limitatio videtur confirmari ex præcedenti limitatione, & eam tenet etiam & sequitur Felin. in d. c. constitutus, n. 7. & 8. ubi late examinat, & defendit a quibusdâ difficultatibus, & modificat hanc limit. vno modo.

Secundo, principaliter communis opinio superius dicta quæ habet, Sufficere, si Princeps dicat generaliter, non obstante

obstante lege aliqua, ad hoc, ut derogatio legis inducatur: Limitatur non procedere in constitutionibus Conciliorum: Nam, ut illis derogetur, oportet (ut ita dixerim) specialissimam de ipsis mentionem facere, quæ fuit singularis sententia Archid. in c. 1. de constit. lib. 6. quam ibi alios allegans sequitur Gomez n. 178. Bald. in l. humanum, in 3. notab. C. de legib. & inquit Felin. in c. nonnulli, nu. 3. de rescript. quod Archid. in hoc videtur sequi totus mundus, cuius opinionem tenet etiam Dec. n. 2. Rip. 8. in cap. 1. de iudic. Felin. in cap. 1. n. 28. de constit. Everard. in topic. legal. in presat. col. 2. sequitur etiam Vital. de Camban. in tract. claus. in clausula generali, non obstantibus, la. 1. n. 2. fol. 20. sequitur etiam Alciat. lib. 1. de verborum significationibus, n. 7. per text. in d. c. nonnulli.

174
Tertio, principaliter supradicta communis opinio limitatur, ut non procedat in privilegijs redactis siue clausis in corpore iuris: Nam illis non censetur derogatum per generalem clausulam non obstantibus, & c. ut tenet gl. expressa in authent. qua in provincia, verbo, illic omni privilegio, in vers. dic ergo, ubi, sed non indulta per legem redactam in corpore iuris, C. ubi de crimin. agi oportet, & est simile gl. in l. 2. §. legatis, verb. non compelluntur, ubi, solutio, ff. de iudic. ubi etiam notat Bart. n. 5. referens ad bonam questionem, dicit communem ibi Curt. n. 14. gl. etiam in l. heres absens, in princ. gl. fin. ff. eod. ubi etiam Bart. nu. 5. dicit notabilem & menti tenendam inferens ad aliam questionem, sequitur etiam Bart. in d. authent. qua in provincia, nu. 1. & dicit approbatam Ioan. Orosc. in l. sed & posteriores, nu. 3. de legib. testatur communem plures referens insignis præceptor meus D. Ant. de Padil. in l. post mortem, nu. 30. C. de fidei commiss. sequitur etiam Vital. de Camban. ubi supra, in d. claus. generali, non obstantibus, la. 1. num. 10. & Alciat. ubi supra.

175
Quarto, principaliter supradicta communis opinio potest limitari in privilegio concesso per Principem, quod transit in vim contractus, ut puta pretio mediante, vel ob seruitia, & sic quando privilegium est remuneratorium, vel alias sunt concessa privilegia ad pias causas, quia tunc per generalem clausulam, non obstantibus, & c. non censetur huiusmodi privilegij supradictis derogatum, imo eis sine iusta causa Princeps derogare non potest, ut de privilegio, quod transit in vim contractus pretio mediante vel ob seruitia, tradit bene Matth. de Afflic. decif. Neapol. 128. nu. 10. & ubi eius addit. & de privilegio pecuniario, & de illo, quod indulgetur ad pias causas, & sic ad alimenta, tradit etiam Vital. de Camban. ubi supra, in claus. generali, non obstantibus, la. 2. per totam, fol. 21. col. 1. & de privilegio ad pias causas, tradit etiam loquens in dote las. in l. n. 9. ff. solut. matrim. & idem las. in l. talis scriptura, ff. de legat. 1. & est bonus textus in l. libertis, §. posuimus, ff. de alum. legat. & supradicta tenet etiam Alciat. lib. de verborum significat. nu. 88. & videndus est Rol. à Valle conf. 23. n. 30. lib. 1. Celsus conf. 6. n. 2. & sequentibus.

176
Ext qua vltima limitatione ipse infero ad practicâ vnum singulare, scilicet, quod si Rex vel Princeps reuocet omnia privilegia, gratias & concessiones factas de officijs rectoriæ vel tabellionatus, vult go dictis de regimientis, & seruitianis, etiam cum clausula, non obstantibus, & c. per huiusmodi reuocationem & clausulam non censetur derogatum his privilegijs & gratijs supradictorum officiorum, quæ interueniente aliquo pretio, vel ob seruitia concessa sunt, quia privilegia illa transferunt in contractum, & quod pretio, vel ob seruitia concessa sint, probabitur ex titulo & concessione officij, ubi hoc solet apponi & declarari. Imot hæc officia Rex tollere non possit abiq; iusta causa, ut tradunt Vital. & Matth. de Afflic. ubi supra, & addit.

reg. 109. Bernard. Diaz. in 6. ampliat. Et probatur præterea ex gl. communiter approbata, & quæ super ea supra late diximus, in l. si contra ius vel util. publ. & reuocatio officiorum, & privilegiorum Principis vel Regis supradicta solum referenda est ad ea privilegia, quæ gratis concessa fuere, & in nomine privilegij tantum permanere, ut probatur ex omnibus supradictis: non vero ad ea, quæ in vim contractus transiere, vel ad pias causas, ut est dictum, ex quo iam clare patet & infertur intellectus ad l. 7. tit. 1. lib. 7. ordinan. hodie l. 15. tit. 3. lib. 7. Nova Compil. Reg. ubi reuocatur officia de nouo creata arque creata per Regem Henricum, cum vacauerint & annullantur prouisiones eorum factæ, & faciendæ etiam proprio motu, & ex certa scientia cum quibuscumque clausulis derogatorijs, & non obstant. Nam debet intelligi & limitari per supradicta, scilicet, in officijs, quæ interueniente aliquo pretio, vel ob seruitia concessa sunt, quia similia privilegia transferunt in contractum, nisi expresse aliqua lege Regia illa quoque inueniantur reuocata ex iusta causa, ut in casu l. 17. ad tit. 3. lib. 7. Nova Compil. Reg.

178
Quinto, communis opinio supradicta limitatur in regulis Cancellariæ Apostolicæ, nam illis non censetur derogatum per generalem clausulam Bullarum, non obstantibus, & c. quia postquam non sunt in corpore iuris clausæ, possent ignorari, ut in c. 1. de constit. in 6. ideo oportet de eis expressam mentionem fieri: Ita alios allegans tenet Rebuff. in praxi benef. de forma & declaratione noua prouisionis, in claus. non obstantibus, 223. in magnis, quæ opinio licet vera esse possit, ejus tamen ratio mihi non placet: Nam eo, quod dictæ regulæ Cancellariæ non sunt clausæ in corpore iuris, videbatur dicendum, eis censi derogatum per generalem clausulam, non obstantibus, & c. quia si essent clausæ in corpore iuris, requireretur specialis mentio ad eas derogandas, ut supra dictum est.

Sexto, communis opinio supradicta limitatur in privilegijs concessis miserabilibus personis: Nam illa non reuocantur per clausulam non obstantibus, nisi de illis expressa fiat mentio, ut cum Cyn. & alii tenent. Rebuff. 1. tom. comment. ad leges Regias, tit. de sententijs professionalibus, artic. 3. gl. vlt. n. 34. pag. 299.

Quartum Notabile.

179
Quarto, principaliter colligitur ex nostro textu valere argumentum in iure de loco ad tempus: Nam hæc duo in litera nostri text. æquiparantur: id probant iura ordinaria in l. vinum, ff. si cert. per. l. si ff. de triticar. l. dario, §. si per venditorem, ff. de ad. empt. quo argumento vtitur Bart. in l. qui plures, in princ. ff. de vulg. & pupill. idem Bart. in l. miles, in n. 1. ff. de testam. milit. Et huic argumento in enixa gl. in clem. 2. verbo, regu. larem, de censib. dicebat, quod sicut tempore prohibito ex causa necessitatis licitum est comedere carnem, ut in c. de obseruat. ieiunior. ita etiam licet & in loco prohibito.

181
Ex t eodem argumento dicebat las. in l. vinum, n. 4. supra allegata, quod sicut propter suspicionem fugæ licet apprehendere debitorem die etiam feriato iuxta gl. ordinariam in l. si ver. fidei iussor, C. de ferijs quam omnes sequuntur secundum las. in l. n. 15. ff. de iur. f. dict. omn. iudic. & communem testatur Curt. in d. l. vinum, n. 11. Alciat. in cap. cum non ab homine, nu. 71. de iudic. Catell. Cor. in memorabilibus, sur. in part. debitor, col. 2. & est communis opinio secundum Couar. lib. 2. var. cap. 10. nu. 14. quam gl. dicit esse reputatam singularem las. in l. plerique, nu. 2. ff. de in ius vocand. & hanc gl. recepit consuetudo, ut ex Albert. refert idem las. in l. fidei iussor, §. filius, ff. qui satisf. cogant.